

naratur, omnes, qui audiunt, propè ad lacrymas movet. Cum in mari quadam Fidelis nullus esset præter unum Penitentem, cepit imminere naufragium. Erat ibi quidam non immemor salutis sue, & Sacramenti vehementissimus flagitator: nec erat aliquis, qui dare posset, nisi Penitens ille. Acceperat enim: sed pro peccato, de quo agebat penitentiam, amiserat sanctitatem, sed non amiserat Sacramentum. Nam si hoc amittunt peccantes; cum reconciliantur post penitentiam, quare non iterum baptizantur? Dedit ergo quod acceperat: & ne periculose vitam finiret non reconciliatus, petiit ab eo ipso, quem baptizaverat, ut eum reconciliaret; & factum est: naufragium evaserunt. Cognitum habes, quod fecerunt. Nemo exitit eorum, qui non pium animum ita crederet, ut consiliis eorum in illo periculo Dominum crederet affuisse. Motus enim animus religiosus, & supplex ab homine exegit Sacramentum: à Deo ipse impetravit sanctitatem. Quod si forte hoc, quod narravi de his qui naufragio imminente periclitabantur, non vult aliquis credere (non enim hoc Scripturarum Divinarum auctoritas, sed incerto autore fama commendat;) non repugnabo: sed interrogo, si tale aliquid contingat, quid futurum est? Non enim potest quisquam dicere relinquendum esse illum, qui morte imminente baptizari desiderat. Quem baptizatum à Penitente quisquis non credit contigisse, oportet ut credat posse contingere.

¶ CORR. ROM. a Et infra.] Hic apud Ivonem inferuntur verba Capitis, in necessitate. supra ead. ¶ PITH. 17 Venientes.] Inferatur hoc loco quod est supra cau. in necessitate.

XXXVII. IDEM AUGUSTINUS 18 ad eundem 1. [forte c. an. 327. in Africa.] Quomodo recte vivat Catechumenus, sine Baptismo non potest salvari.

Catechumenus est, quamvis in bonis operibus defunctum vitam æternam habere non credimus, antequam à Martyrio, ubi tota Baptismi Sacramenta complentur. Baptizandus constituitur fidem suam coram Sacerdote, & interrogatus respondet. Hoc & Martyr coram persecutore facit, qui & conhtetur fidem suam, & interrogatus respondet. Ille post confessionem vel aspergitur aqua, vel intingitur. Et hic vel aspergitur sanguine, vel contingitur igne. Ille manibus impositione Pontificis accipit Spiritum Sanctum: hic habitaculum 20 efficitur Spiritus Sancti, dum non est ipse, qui loquitur, sed Spiritus Patris, qui loquitur in illo. Ille communicat Eucharistie in commemorationem mortis Domini: hic ipsi Christo commoritur. Ille constituitur se Mundi actibus renuntiaturum: hic ipsi renuntiat vite. Illi peccata omnia remittuntur 21: in isto extinguuntur.

¶ CORR. ROM. a Exceptio.] Emendatum est ex originali, & Magistro. Antea legebatur, exceptio dimittat, nisi Martyrii compleat Sacramentum. ¶ PITH. 18 Idem Augustinus.] Gennadii c. 41. distinctionis five Regule Ecclesiasticæ dogmat. 19 Contingitur.] V. C. intingitur. 20 Habitaculum.] V. C. locutorium. 21 Remittuntur.] V. C. dimittantur.

XXXVIII. Item LEO Papa, Epist. 90. al. 92. ad Rufinum, c. 16. [an. 443. Româ in Galiliam.] Non reiteratur Baptisma, cuius formam constat integrè collatam.

Hi, de quibus scripsisti, qui se 22 baptizatos sciunt, sed cuius fidei fuerint, qui eos baptizavere, se nescire profiterentur 23; quolibet modo formam Baptismatis acceperint, rebaptizandi 24 non sunt: sed per manus impositionem invocata virtute Spiritus Sancti, quam ab Hæreticis accipere non poterunt, Catholicis copulandi sunt. ¶ PITH. 22 Qui se &c.] 2. V. C. qui non se baptizatos nesciunt. 23 Profiterentur.] Add. V. C. unde quoniam. 24 Rebaptizandi.] V. C. baptizandi.

XXXIX. Item AUGUSTINUS super Joannem, tract. 5. ad c. 1. [c. an. 412. in Africa.] Et per bonos, & malos Ministros aqua baptizati Christus.

Aliud est baptizare per ministerium: aliud baptizare per potestatem. Item infra. §. 1. Ergo baptizabant Discipuli ejus, & ibi adhuc erat Judas inter Discipulos ejus. Si quos ergo baptizabat Judas, non sunt iterum baptizati, & quos baptizavit Joannes, iterum baptizati sunt? Plane iterum: sed non idem erat Baptismus. Quos enim baptizavit Joannes; baptizavit Joannes: quos autem baptizavit Judas, Christus baptizavit. Item tract. 6. §. 2. Per hanc enim potestatem, quam Christus solus sibi tenuit, & in neminem Ministrorum transfudit, quamvis per Ministros suos baptizare dignatus sit, per hanc facta unitas Ecclesiæ, quæ significatur per columbam: de qua dictum est: Una est columba mea: una est matris sine. Si enim, ut jam dixi, Fratres mei, transferretur potestas à Domino ad Ministrum; tot Baptismata essent, quot Ministri essent, & jam non stare unitas Baptismi. Intendite Fratres. Antequam veniret Dominus noster Jesus Christus ad Baptismum, descendit columba in aquam: cognovit Joannes quiddam proprium ei, cui hoc dictum est: Super quem videris Spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super

8. Pars. libro de dogmatib. Eccl. c. 74. dist. 4. Polyc. l. 3. tit. 10. Burch. l. 4. c. 16. Ivo, p. 1. c. 211. Pann. l. 1. c. 107. & 108.

9. Pars. l. 5. Sent. 4. dist. 5.

k Cant. 6.

l Joan. 1.

eum; ipse est, qui baptizat in Spiritu Sancto. Noverat, quia ipse baptizabat in Spiritu Sancto: sed quia tali proprietate, ut potestas ab eo non transiret in alterum, quamvis eo donante, hoc ibi didicit. Item tract. 80.

¶ 3. Jam 3 eos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis. Quare non ait, mundi estis propter Baptismum, quo loci estis, sed ait: propter verbum, quod locutus sum vobis: nisi quia & in aqua verbum mundat? Item tract. 5. §. 4. Si fuerit Minister justus, computo illum cum Paulo: computo illum cum Petro: cum istis computo justos Ministros. Quia vero 4 iusti Ministri gloriam suam non querunt (Ministri enim sunt,) pro dicitur 4 haberi nolunt: spem in se poni erubescunt. Ergo computo cum Paulo justum Ministrum. Quid enim dicit Paulus? Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus incrementum dedit.

¶ CORR. ROM. a Per potestatem.] Hic apud B. Augustinum sequitur c. Baptismus, supra ead. relatum. § Descendit columba.] Tota hæc pars, quæ auctori Glossæ difficultatem fecit, depravata est. Nam in originali sic legitur: Antequam venisset Dominus noster Jesus Christus ad Baptismum, (nam post Baptismum descendit columba: in qua cognovit Joannes quiddam proprium, cum ei dictum est; Super quem videris Spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est, qui baptizat in Spiritu Sancto,) noverat, quia ipse, &c. ¶ Mundat.] Apud B. Augustinum post hæc verba sequitur c. detraye. supr. l. q. 1.

XL. Item IDEM in lib. 1. de Baptismo contra Donatistas, c. 1. [c. an. 412. ibid.] Nec Baptisma, nec baptizandi potestatem Scribistas amittunt.

Nullus autem illorum negat habere Baptismum etiam Apostatis: quibus utique redeuntibus, & per penitentiam conversis dum non redditur, amitti non potuisse judicatur. Sic & illi, qui per sacrilegium schismatis ab Ecclesiæ communionem discedunt, habent utique Baptismum, quem priusquam discederent, acceperunt. Nam & ipsi, si redeant, non eis iterum datur. Unde ostenditur illud, quod acceperat in unitate positi, non potuisse amittere ab unitate separatos. Quod si haberi foris potest, etiam dari cur non potest? Si dicit, non recte foris datur, respondemus, sicut non recte foris habetur, & tamen habetur, sic non recte foris datur, sed tamen datur. Sicut autem per unitatis reconciliationem incipit utiliter haberi, quod extra unitatem inutiliter habebatur; sic per eandem reconciliationem incipit utile esse, quod extra eam inutiliter datum est. Item lib. 3. c. 19. §. 1. Hæretici 5 Sacramenta & Scripturas habent ad spem, non ad salutem. Item lib. 4. c. 11. §. 2. Perfidus, & blasphemus, si in perfidia, & blasphemia permanerit, nec extra Ecclesiam, nec intra Ecclesiam remissionem accipit peccatorum: aut si propter vim Sacramenti ad punctum temporis accipit, & foris, & intus eadem vim operatur: sicut vis nominis Christi 6 expulsionem Dæmonum foris etiam operatur.

¶ CORR. ROM. a Hæretici.] Sic etiam refertur in Polycarpo. Apud B. Augustinum loco indicato hæc sunt inventa: Ut coram error veritas appelletur, & scelus eorum, justitia patet propter Sacramenta, & Scripturas, quas venient ad speciem, non ad salutem.

XLI. Item IDEM ibidem, lib. 5. c. 20. [c. an. 412. ibid.] Malis non sua potestate, sed Christi virtute Baptisma ministrant.

Quomodo exaudit Deus homicidam deprecantem, vel super aquam Baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super capita eorum, quibus manus imponitur? Quæ tamen omnia & fiunt, & valent etiam per homicidas, id est, per eos, qui oderunt 7 fratres. Etiam in ipsa intus Ecclesia cum dare nemo possit, quod non habet, quomodo dat homicida Spiritum Sanctum? & tamen ipse intus etiam baptizat. Deus ergo dat etiam ipso baptizante Spiritum Sanctum. Quapropter 2 Sacramentum gratie dat Deus etiam per Malos: ipsam verò gratiam non nisi per seipsum, vel per Sanctos suos, & ideo remissionem peccatorum vel per seipsum facit, vel per illius columbæ membra, quibus ait: si cui dimiseritis, dimittentur: & si cui tenueritis, tenebuntur. §. 1. Manus autem impositio 8 si non adhiberetur ab hæresi venienti, quamquam extra omnem culpam esse judicaretur; propter charitatis tamen copulationem (quod est maximum donum Spiritus Sancti: sine quo non valent ad salutem quæcumque alia sancta in homine fuerint) manus Hæreticis correctis imponitur. Induunt autem homines Christum aliquando usque ad Sacramenti perceptionem: aliquando & usque ad vitæ sanctificationem: atque illud primum & Bonis & Malis potest esse commune: hoc autem alterum proprium est Bonorum & piorum. §. 2. Non ob aliud 9 visum est quibusdam egregiis viris Antilibus Christi (inter quos præcipue Beatus Cyprianus eminebat) non esse posse apud Hæreticos, vel Schismaticos Baptismum Christi, nisi quia non distinguebatur Sacramentum ab effectu, vel usu Sacramenti; & quia ejus effectus, atque usus in liberatione à peccatis, & cordis rectitudine apud Hæreticos non inveniebatur; ipsam quoque Sacramentum non illic esse putabatur. Sed convertentibus oculis ad interioris palæstræ multitudinem

7 Polyc. lib. 1. c. 12. Ansel. l. 9. c. 38. Ivo, p. 1. c. 117. 1. Joan. 3. c. 21.

8 Ibid. l. 5. c. 21.

9 Joan. 20.

10 Ibid. l. 5. c. 23.

11 Ibid. c. 24.

12 Lib. 6. c. 1.

13 Polyc. l. 3. tit. 10.

14 Pjal. 54.

15 I. q. 1. etiam corde.

m Joan. 15.

n Bedæ ad Rom. 10.

o I. q. 1. si in sua ead. si iustus.

p al. verè.

q iudicibus.

r 1. Cor. 3.

s Polyc. l. 3. tit. 10.

t Ansel. l. 9. c. 27.

u Polyc. lib. 1. c. 165.

v Matth. 7.

x Polyc. lib. 1. c. 38.

y Ivo, p. 1. c. 117.

z Ibid. l. 5. c. 21.

a Joan. 20.

b Ibid. l. 5. c. 23.

c Ibid. c. 24.

d Lib. 6. c. 1.

e Polyc. l. 3. tit. 10.

f Pjal. 54.

g I. q. 1. etiam corde.

f I. q. 1. vt missionem.

h Bedæ ad Rom. 10.

i I. q. 1. si in sua ead. si iustus.

p al. verè.

q iudicibus.

r 1. Cor. 3.

s Polyc. l. 3. tit. 10.

t Ansel. l. 9. c. 27.

u Polyc. lib. 1. c. 165.

v Matth. 7.

x Polyc. lib. 1. c. 38.

y Ivo, p. 1. c. 117.

z Ibid. l. 5. c. 21.

a Joan. 20.

b Ibid. l. 5. c. 23.

c Ibid. c. 24.

d Lib. 6. c. 1.

e Polyc. l. 3. tit. 10.

f Pjal. 54.

g I. q. 1. etiam corde.

multitudinem (cum & hi, qui in ipsa unitate perverfi sunt, & perditè vivunt, appareant remissionem peccatorum nec dare posse, nec habere, quia non maligis, sed bonis filiis dictum est: si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei: si cui tenueritis, tenebuntur: habere tamen, & dare, & accipere Baptismi Sacramentum) factis eluxit Pastoribus Ecclesiæ Catholicæ & ovem, quæ foris errabat, & Dominicum characterem foris accipiebat, venientem ad Christianæ unitatis salutem ab errore corrigi, characterem tamen Dominicum in ea agnosci potius, quam improbari: quandoquidem ipsum characterem multi & lupi, & lupis infigunt: qui videntur quidem intus esse; verumtamen ad illam ovem, quæ etiam ex multis una est, non pertinent. §. 3. Cum Malus 5 tradit Baptismum Bono, id est, in unitatis vinculo, veraci conversione mutato; inter bonum Sacramentum, quod traditur, & bonum fidelem, cui traditur, tradentis non separat 6: & cum illi veraciter ad Deum converso peccata dimittentur ab eis, quibus ipsa veraci confessione coniungitur; Spiritus Sanctus ea dimittit, qui datus est omnibus Sanctis sibi charitate coheræntibus, five se noverint corporaliter, five non noverint. Similiter cum aliquis cordis pravitate disjungitur, five notis corporaliter, five ignotis. §. 4. Omnes 7 Mali spiritaliter à Bonis sejuncti sunt. Si autem etiam corporaliter aperta diffensione separantur, peiores sunt. Sed nihil interest 8 ad Baptismi sanctitatem, quanto quisque peior id habeat, & quanto peior tradat. Potest tamen tradere separatus, sicut potest habere separatus. Sed, quam perniciolius est habere, tam perniciolius est tradere. Ille autem, cui traditur, potest malitiosè accipere, si ipse non separatus acceperit urgente morbo necessitate. §. 5. Cur Hæretici 9 foris baptizare non possunt? an quia peiores sunt eo ipso, quod foris sunt? Sed nihil interest ad integritatem Baptismi, quanto peior id tradat. Neque enim tantum interest inter malum & peiorem, quanto interest inter Bonum & Malum; & tamen cum baptizat Malus, non aliud dat, quam Bonus. Ergo & cum baptizat peior, non aliud dat, quam ille, qui minus est malus. An forte non ad hominis meritum, sed ad ipsius Baptismi Sacramentum pertinet, ut foris dari non possit? Si hoc ita esset, nec haberi foris posset: & toties necesse esset baptizari, quoties recedens quisque ab Ecclesiæ rursus ad Ecclesiam remeasset. §. 6. His, qui ficto 10 sacramento baptizantur, aut peccata nullatenus dimittentur, quia Spiritus disciplina effugiet fictum, aut in ipso temporis puncto per vim Sacramenti dimissa iterum per fictionem replicatur; ut & illud verum sit: quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis, & illud P: Spiritus enim Sanctus disciplina effugiet fictionem: id est, ut induat cum Christo sanctitas Baptismi, & exuat cum Christo pernicietas fictionis. Nam recte 11 dimissa peccata, ubi fraterna charitas non est, & aperte Dominus in Evangelio docet in illo sermo, à quo Dominus dimissum debuit petivit, eò quod ille confesso suo debuit nollet dimittere. Sic non impeditur Baptismi gratia, quominus omnia peccata dimittant, etiam si odium fratrem in ejus, cui dimittuntur, animo perseverat. Solvitur enim hæreticus 12 dies, & quidquid superest, solvitur etiam ipsa hora, momentoque ante Baptismum, & in Baptismo: deinceps autem reus esse continuò incipit non solum consequentium, sed etiam præteritorum dierum, horarum, momentorum, redeuntibus omnibus, quæ dimissa sunt, peccatis.

¶ CORR. ROM.] Caput hoc confectum est ex verbis B. Augustini, sed hinc inde collectis, & alio modo dispositis, interdumque in epitomen redactis. a Quamquam.] In originali legitur, tamquam extra omnem culpam esse judicaretur. Propter charitatis autem copulationem, &c. Sed ob Glossam in vers. culpam, non est mutatum. b His, qui ficto.] Hæc usque ad vers. Nam redire, sunt epitome quadam verborum B. Augustini, partim ex Donatistarum, partim ex sua persona prolatorum.

XLII. IDEM eodem i. libro de Baptismo, & eodem c. 12. [c. an. 412. ibid.] Quando profert Baptismus ei, qui fide illum accepit.

Tunc valere 13 incipit ad salutem Baptismus, cum illa fictio veraci confessione receclitur, quæ corde in malitia, vel sacrilegio perseverante, peccatorum abolitionem 14 non sinebat heri.

XLIII. IDEM ad Donatistas, Epist. 48. 7. [c. an. 408. ibid.] Non reiteratur Sacramenta, quæ extra Ecclesiam conferuntur.

Non in vobis 15 mutamus, in quibus nobiscum estis (in multis enim estis nobiscum) nam & de talibus dictum est 16, quoniam in multis erant mecum: sed ea corrigimus in quibus nobiscum non estis, & ea vos hic accipere volumus, quæ non habetis illis, ubi estis. Nobiscum autem estis in Baptismo, in simbolo, & vinculo pacis, in ipsa denique Catholica Ecclesia nobiscum non estis, & in Epistola 51. ad Bonifacium. §. 1. Ipsi autem cum quibus agimus, vel de quibus agimus, non sunt desperandi, adhuc enim sunt in corpore: sed non querant Spiritum Sanctum, nisi in Christi corpore: cuius habent foris Sacramentum: sed rem ipsam non tenent intus, cuius est illud Sacramentum; & ideo sibi iudicium manducant, & bibunt.

XLIV. Item GREGORIUS Quirino Episcopo, & ceteris in Iberia a Episcopis, l. 9. Epist. 61. [an. 601. Româ in Iberiam.] Quomodo recipiantur ab Ecclesia, qui in nomine Trinitatis apud Hæreticos baptizantur.

Antiqua 17 Patrum institutio didicimus, ut qui apud hæresim in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam Ecclesiam redeunt, aut unctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei ad finem maris Ecclesiæ revocentur. Unde Arianos per impositionem manus Occidens, per unctionem verò sancti chrismatis ad ingressum sanctæ Catholiçæ Ecclesiæ Oriens reformat. Monothelitas 18 verò, & alios ex sola vera confessione recipit: quia sanctum Baptisma, quod sunt apud Hæreticos consecuti, nunc in eis vires emundationis recipit, cum vel illi per impositionem manus Spiritum Sanctum acceperint, vel isti propter professionem veræ fidei, sanctæ & universalis Ecclesiæ visceribus fuerint uniti.

¶ CORR. ROM. a Iberia.] Sic emendatum est ex originali manuscripto Vaticano. Antea erat, Iberia, & apud Ivonem in textu est, Monophysitas. De qua hæresi scribit Joannes Damascenus in libro de duabus Christi voluntatibus, & Nicephorus, & alii. Sed ob Glossam non est mutatum.

XLV. Item AUGUSTINUS de Baptismo, lib. 4. c. 1. [c. an. 412. in Africa.] Extra Ecclesiam Baptismus accipi potest, sed non profest.

Ecclesia Paradisi comparata indicat nobis, posse quidem ejus Baptismum homines etiam foris recipere: sed salutem beatitudinis extra eam neminem vel percipere, vel tenere. Nam & flumina de fonte Paradisi, sicut Scriptura testatur, etiam foras largiter manaverunt. Illud quippe commemorantur, & per quas terras fluant. Et quæ extra Paradisum constituta sunt, omnibus nota est. Nec tamen in Mesopotamia, vel in Ægypto, quò illa flumina pervenerunt, est felicitas vite, quæ in Paradiso commemoratur. Ita fit, ut cum Paradisi aqua sit extra Paradisum, beatitudo tamen non sit extra Paradisum. Sic ergo Baptismus Ecclesiæ potest esse extra Ecclesiam: munus autem beatæ vitæ non nisi intra Ecclesiam reperitur.

¶ CORR. ROM.] Locupletatum est Caput hoc ex originali, ut sententia melius percipiatur.

XLVI. IDEM de unico Baptismo contra Donatistas, lib. 3. c. 11. [c. an. 412. ibid.] Hæresis a, & sacrilegium, Hæreticorum sunt, non Sacramenta.

Non sicut 19 hæresis Hæreticorum est, sicut error ipsorum est, sicut sacrilegium diffensionis ipsorum est: sic etiam Baptisma, quod Christi est, dici debet ipsorum. ¶ CORR. ROM. a Hæresis.] Sic emendatum est ex aliquot vetustis exemplaribus. Antea legebatur, Baptismus, & sacrilegium Hæreticorum non sunt Sacramenta.

XLVII. IDEM lib. 5. c. 13. [c. an. 412. ibid.] De eodem.

Cum tantum 20 valet Baptismus per hominem contempti bilem, quantum per Apostolum datus; ita nec illius, qui nec illius esse cognoscitur, sed Christi. Item c. 14. §. 1. Invenimus dictum ab Apostolo 21, & gloriam meam, quamvis utique in Domino, & ministerium meum, & prudentiam meam, & Evangelium meum, quamvis utique à Domino imperitum, atque donatum. Baptismus autem meus, nemo eorum dixit omnino. Non enim omnium equalis est gratia 22, nec ministrant omnes equaliter: nec aequali prudentia sunt omnes præditi, & in evangelizando lectis. alius alio melius operatur. Et ideo dici potest alius alio doctor in ipsa doctrina salutaris. Alius autem alio magis, minus baptizatus dici non potest: five ab inferiore, five à majore baptizetur.

XLVIII. IDEM lib. 4. c. 15. [c. an. 412. ibid.] De eodem.

Satis ostendimus 23 ad Baptismum, qui verbis Evangelicis consecratur, non pertinere cuiusquam vel dantis, vel accipientis errorem: five de Patre, five de Filio, five de Spiritu Sancto aliter sentiat, quam Cælestis doctrina insinuat.

XLIX. IDEM in libro de Baptismo. [c. an. 401. ibid.] Quod Bonis, & Malis Sacramenta Ecclesiæ communia sunt.

Est unitas Ecclesiæ, quæ latè patet, in Sacramentorum videlicet societate, & communione: quæ collecturum cum granis 24 etiam palcas: quando eas corporaliter mittas ita patitur, ut neque illas Iusti vident, neque ab illis Iusti videntur. Sic sunt a in Ecclesia homines mali, ut in corpore humano humores mali, qui interdum exeunt ex corpore. ¶ CORR. ROM.] Hujus Capitis sententia usque ad

nili in Christi corpore: cuius habent foris Sacramentum: sed rem ipsam non tenent intus, cuius est illud Sacramentum; & ideo sibi iudicium manducant, & bibunt.

XLIV. Item GREGORIUS Quirino Episcopo, & ceteris in Iberia a Episcopis, l. 9. Epist. 61. [an. 601. Româ in Iberiam.] Quomodo recipiantur ab Ecclesia, qui in nomine Trinitatis apud Hæreticos baptizantur.

Antiqua 17 Patrum institutio didicimus, ut qui apud hæresim in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam Ecclesiam redeunt, aut unctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei ad finem maris Ecclesiæ revocentur. Unde Arianos per impositionem manus Occidens, per unctionem verò sancti chrismatis ad ingressum sanctæ Catholiçæ Ecclesiæ Oriens reformat. Monothelitas 18 verò, & alios ex sola vera confessione recipit: quia sanctum Baptisma, quod sunt apud Hæreticos consecuti, nunc in eis vires emundationis recipit, cum vel illi per impositionem manus Spiritum Sanctum acceperint, vel isti propter professionem veræ fidei, sanctæ & universalis Ecclesiæ visceribus fuerint uniti.

¶ CORR. ROM. a Iberia.] Sic emendatum est ex originali manuscripto Vaticano. Antea erat, Iberia, & apud Ivonem in textu est, Monophysitas. De qua hæresi scribit Joannes Damascenus in libro de duabus Christi voluntatibus, & Nicephorus, & alii. Sed ob Glossam non est mutatum.

XLV. Item AUGUSTINUS de Baptismo, lib. 4. c. 1. [c. an. 412. in Africa.] Extra Ecclesiam Baptismus accipi potest, sed non profest.

Ecclesia Paradisi comparata indicat nobis, posse quidem ejus Baptismum homines etiam foris recipere: sed salutem beatitudinis extra eam neminem vel percipere, vel tenere. Nam & flumina de fonte Paradisi, sicut Scriptura testatur, etiam foras largiter manaverunt. Illud quippe commemorantur, & per quas terras fluant. Et quæ extra Paradisum constituta sunt, omnibus nota est. Nec tamen in Mesopotamia, vel in Ægypto, quò illa flumina pervenerunt, est felicitas vite, quæ in Paradiso commemoratur. Ita fit, ut cum Paradisi aqua sit extra Paradisum, beatitudo tamen non sit extra Paradisum. Sic ergo Baptismus Ecclesiæ potest esse extra Ecclesiam: munus autem beatæ vitæ non nisi intra Ecclesiam reperitur.

¶ CORR. ROM.] Locupletatum est Caput hoc ex originali, ut sententia melius percipiatur.

XLVI. IDEM de unico Baptismo contra Donatistas, lib. 3. c. 11. [c. an. 412. ibid.] Hæresis a, & sacrilegium, Hæreticorum sunt, non Sacramenta.

Non sicut 19 hæresis Hæreticorum est, sicut error ipsorum est, sicut sacrilegium diffensionis ipsorum est: sic etiam Baptisma, quod Christi est, dici debet ipsorum. ¶ CORR. ROM. a Hæresis.] Sic emendatum est ex aliquot vetustis exemplaribus. Antea legebatur, Baptismus, & sacrilegium Hæreticorum non sunt Sacramenta.

XLVII. IDEM lib. 5. c. 13. [c. an. 412. ibid.] De eodem.

Cum tantum 20 valet Baptismus per hominem contemptibilem, quantum per Apostolum datus; ita nec illius, qui nec illius esse cognoscitur, sed Christi. Item c. 14. §. 1. Invenimus dictum ab Apostolo 21, & gloriam meam, quamvis utique in Domino, & ministerium meum, & prudentiam meam, & Evangelium meum, quamvis utique à Domino imperitum, atque donatum. Baptismus autem meus, nemo eorum dixit omnino. Non enim omnium equalis est gratia 22, nec ministrant omnes equaliter: nec aequali prudentia sunt omnes præditi, & in evangelizando lectis. alius alio melius operatur. Et ideo dici potest alius alio doctor in ipsa doctrina salutaris. Alius autem alio magis, minus baptizatus dici non potest: five ab inferiore, five à majore baptizetur.

XLVIII. IDEM lib. 4. c. 15. [c. an. 412. ibid.] De eodem.

Satis ostendimus 23 ad Baptismum, qui verbis Evangelicis consecratur, non pertinere cuiusquam vel dantis, vel accipientis errorem: five de Patre, five de Filio, five de Spiritu Sancto aliter sentiat, quam Cælestis doctrina insinuat.

XLIX. IDEM in libro de Baptismo. [c. an. 401. ibid.] Quod Bonis, & Malis Sacramenta Ecclesiæ communia sunt.

Est unitas Ecclesiæ, quæ latè patet, in Sacramentorum videlicet societate, & communione: quæ collecturum cum granis 24 etiam palcas: quando eas corporaliter mittas ita patitur, ut neque illas Iusti vident, neque ab illis Iusti videntur. Sic sunt a in Ecclesia homines mali, ut in corpore humano humores mali, qui interdum exeunt ex corpore. ¶ CORR. ROM.] Hujus Capitis sententia usque ad

b Polyc. lib. 1. c. 155. Pann. l. 1. c. 88.

c Gen. 4.

d Ivo, p. 1. c. 164. Pann. l. 1. c. 32.

e Non autem sicut orig.

f Ivo, p. 1. c. 167. Pann. l. 1. c. 32.

g al. Apostolis.